Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Maria conseruabat omnia uerba hec confe
rens in corde suo. Cuius g° gratia non ante
miraculum eum incitauit. Nam antea
ut uenus multorum ita conseruatur. Unde
non presumebat ei mater tale quid dicere. Sa
no audiunt quod iohannes ei testificatus est.
et quod discipulos iam habet. de reliquo confi
dent rogat. Alcuinus. Significat et in hoc
loco synagogam. que xpm prouocat ad fa
ciendum miraculum. familiare enim est iudeis
miracula inquirere. Sequitur. Et dicit ei ihc.
Quid mihi et tibi mulier. Aug. Quidam de
rogantes euangelio et dicentes quod ihc non sit
natus de maria uirgine. hinc argumentum
sumere conantur erroris sui. ut dicant. Quo
erat mater eius cui dixit. Quid mihi et tibi
mulier. Sed quis hec narrauit ut credamus
quia hec dominus dixit. Nempe iohannes
euangelista. At ipse dixit. Et erat ibi
mater ihu. Quare hec nisi quia utrumque uerum
est. Sed numquid non uenit ad nuptias
ut doceret matres contempni. Crisostomus.
Sed quia de ueneratur matrem. audi lu
cam enarrantem quanta subditus paren
tibus erat. Nam ubi quidem parentes nichil
impediunt eorum que sunt secundum deum. debitum
est subici eis. Quando autem non tempore debito
aliquid querunt. et abscidunt nos a spiritua
libus. non ex hoc fallaris. Aug. ut g° dis
tingueret inter deum et hominem. quia secundum
hominem minor et subditus erat. secundum autem
deum super omne erat. dixit. Quid mihi et
tibi mulier. Crisostomus. Sed et propter aliam causam.
ut non suspecta essent miracula. que fiebant.
ab his enim qui indigebant. rogari
oportebat. non a matre. Uoluit ostendere quoniam
omnia decenti tempore operatur. non simul
omnia faciens quia confusio quedam esset.
Et ideo sequitur. Non dum uenit hora
mea. i. non dum sum cognitus his qui
assunt. Sed nec sciunt quoniam defecit uinum.
Sine eos primum hoc sentire. Qui enim ne

de symbolo

cessitatem non presensit. nec beneficii grandem
suscipiet sensum. Aug. Uel ideo quia domi
nus noster secundum quod deus erat non habebat. secundum quod
homo erat habebat matrem. Miraculum autem
quod facturus erat. secundum diuinitatem fac
turus erat [illegible] non secundum infirmitatem
humanam. [illegible] Miraculum tamen exigebat
mater. at [illegible] ille tamquam non agnoscens
uiscera huma[illegible]na operaturus facta diuina.
dixit. [illegible] Quid mihi et tibi est mulier.
Tamquam [illegible] diceret. Quod in me facit mi
raculum [illegible] non tu genuisti deitatem me
am. Dicit autem femineum mulier secundum femi
neum sexum. non secundum corruptionem uir
ginitatis. Sed quia genuisti infirmitatem
meam. tunc te cognoscam cum ipsa infir
mitas pendebit in cruce. Unde subdit. Non
dum uenit hora mea. quasi diceret. Ibi te agno
scam. cum pendere in cruce infirmitas ce
perit. cuius mater es. Commendauit enim ma
trem discipulo. prius moriturus. et ante
mortem mansurus resurrecturus. Uidete autem
ne forte quomodo inuenerunt manichei occasio
nem perfidie sue quia dixit dominus. Quid
mihi et tibi est mulier. Sic inueniant mathe
matici occasionem fallacie. quia dixit.
Non dum uenit hora mea. Dicunt enim.
Uides quia sub fato erat xps quia dixit.
Non dum uenit hora mea. Credant
autem deo dicenti. Potestatem habeo ponendi
animam meam. et iterum sumendi eam. Et
querant quare sit dictum. Non dum uenit
hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant
conditorem celi. quia si esset fatum de si
deribus. non posset esse sub necessitate siderum
conditor siderum. Quod non solum xps non
habuit quod appellas fatum. sed nec tu aut
ille aut quislibet homo. Quare g° dixit.
Non dum uenit hora mea. Quia erat
in potestate habebat quando moreretur. sed
non dum uidebat esse oportunum ut illa
potestate uteretur. Uocandi erant discipuli